

26  
36.

DEO CLEMENTER LARGIENTE!

# ELIXIR PRO- PRIETATIS,

*publicè delibandum*

*propinat*

D. CHRISTIANUS LANGE,  
Facultat. Med. Senior, Pathol.

Prof. P. Maj. Princip. Colleg. Collegiatus,  
& Acad. Decemvir,

*RESPONDENTE*

GEORGIO CRETZSCHMAR,  
Treia-Varisco, Alumno Electorali,

H. L. Q. C.

*ad d. 27. Septemb.*

ANNI CHRISTIANI

Cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c LX.

---

LIPSIÆ,

Literis JOHAN-ERICI HAHNI.

344

DEG CLEMENSIS PERGAMENTARIA  
LITERARIA PRO  
LIBRARIIS

CHRISTIANA MUSICA  
Canticorum Virgilianorum et Sibyllarum  
Hymnorum et psalmorum Canticorum et Chaldeorum

GEORGIO CANTORI  
Canticorum Virgilianorum et Sibyllarum  
Hymnorum et psalmorum Canticorum et Chaldeorum



## VENI LUMEN CORDIUM!

S. 1.

**S.** Aluti Commodoq; publico, cui nōs qvoq; recordamur natos, operas nostras ulterius partiri, & impigram mentem cumulandis *Alma Chymiatrica* ornamenti exercere dum intendimus, hāc vice ex sinu artis Medicamentaria consideratu neq; qvam p̄enitendum nec inutile thema de promere, atq; illud *Natura* admoto *Lumine* solerter examinando, ut sic loq; eviscerare allubescit, hāc fini, ut cœcutientibus aperiamus oculos, & Filiis nostris ad Sapientiæ sacrarum ituris rectitudinem semita monstrēmus, vel ansam dumtaxat ad altiora nobiscum tendendi portigamus, qvō, vile in artibus esse, qvod triviale existit, pariliter discant.

S. 2. Non immeritò autem Medici omnibus nervis sollicitos se exhibent circa *remediorum* sedulo continuatas *inventiones* & *suctus*, siquidem non tantummodò venerandam *Antiquitatem* hīc habeant fideliter p̄euentem, ac *JatroChymicorum* coronam hodièq; p̄essō pede laudata *Hujus* vestigia inseqventem, verū ipsissima etiam necessitas & conscientiæ cultus impensè id inculceret, qvum tam ægrotantium vita, qvā Medicina gloria ac Medentis fama in *remediorum* dextre paratorum sinceritate omnīnō atq; certitudine consistat.

S. 3. Atq; hoc nobis etiam dictum haec tenus existimavimus semper, & nulla unquam oblivio menti nostræ subducet, *medicamenta* esse *Dcorum manus*, & proinde studiosè dispensandas, sanctè colendas, ingeniosè tractandas; Neq; cessabo probatis remedii tanquam militari robore Artis hoc castellum ad honorem Dei (Almi Medicinae ac Medicorum Conditoris, qui non tantum peculiari intellectus aurā eos proinde ex alto irradiat, verū honorandos etiam justi) & ad ægrotantis proximi salutem solatiūmque diu no-  
ctuq; meditando & laborando instruere, ne in formidoloso illo die,

A 2

qvō

876.  
q̄d universi mortales in judicium citabantur, in rationibus ob supi-  
nam hanc vocationis meæ negligentiam perversitatis incusatus à  
frugi talenti œconomis secessar, & in æternum contremiscere cogar.

§. 4. Ut igitur pharmacorum inventiones non ex rudi cerebrō,  
sed ex alvō ingeniosæ mentis ac diuturnæ meditationis prodierunt  
& adhuc usq̄e prodeunt; ita non minùs profectò accurate horum  
præparations, unā cum indefesso ac circumspetissimè præstanto la-  
bore, subtilem indaginem, judicii q̄ve singulare acumen, doctam  
prudentiam, & rerum naturalium haud perfunctoriam notitiam, sed  
lyncean utiq̄e & perspicacissimum oculum, validaq̄e sagacita-  
tis donum expetunt imò exposcent.

§. 5. Verū quantos hujus moniti neglectus induxit,  
haecn̄is errores atq̄e nunquam satis deploranda damna, per par-  
tes jam odiosò eloquiō didicere, & cum rigore q̄vdam ad calculo  
vocare studiosè supersedemus, sed hoc saltim silentiō non trans-  
mittendum existimamus. p̄fissimē illos de Bonō publicō meritos, q̄i  
primi hanc summè arduam arma medica conficiendi disciplinam à Medicina  
avulserunt, & servis suis (rerum naturalium planissimè nesciis, & o-  
mni literarum auxiliō miserè destitutis) unicè commiserunt, merā  
ignaviā & malè f vadā animi elatione, ut tam otio suo, q̄vā munditi-  
is fortè prolixius indulgere possent, ad id induxi: præsertim q̄vōd  
opera hac mechanica & manualis à Medici dignitate q̄vā maximè  
aliena q̄ibusdam carbones aversantibus videretur: q̄vū tamen  
reputare statim debuissent, hanc ipsam submissionen & humilitatem  
pro sospitate ægrorum suscep̄tam longè minùs dedecere Medicos,  
q̄vā urinarum inspectiones, sc̄tentium sordium nauseabundas ex-  
plorationes, & spurca consimilata alia: Inter illas enim existit artes  
Medicina, q̄væ autoribus suis laboriosa semper & molestiarum affa-  
tim ferax, intentibus autem proficia contingere solet.

§. 6. Sed q̄vid Antecessores isti egregiò hōc suō, si Diis placet,  
constitutò profecerint efficerintq̄, iniqvissima Medicorū (ut ut etiam  
de Republicā optimè meritorum) hāc seculi infelicitate conditio  
abundē commonistrat, q̄i vilissimis etiam fungis ludibrium & con-  
tumelias ex orco ingratitudinis natas nunc debent. Causa utiq̄e  
in apricō est, cur de vertice in humilios contentus deciderit grati-  
osum hoc & officiosum medēdi magisterium: Nempe ad plebeiam  
& ma-

847

& manifestā ignorantiae sententiā condemnatam mentem quum se-  
mel hoc devolutum, & structuræ Apollinaris integritas sic distracta  
seu destruxta fuerit, factum postea, ut qvivis homuncio *Medicina* ve-  
nerabilem scientiam adhuc usq; mentiatur, & temerariam falcem  
in salutarem hanc messem mittere non vereatur: Unde sanè fieri  
non potest, qvin medicamenta, qvorum in agendo magna & fami-  
gerata alioqvin est efficacia, ac proinde insignem in præparando di-  
ligentiam reqvirunt, indoctissimis audacissimisq; *Empyricis*, unicē  
qvæstus sui aucupium attendantibus, communicata prostituuantur,  
& manifesto corruptionis adulterio temerata autoritatem suam,  
qvam *Veteres Medici*, suis potissimum remedia componentes mani-  
bus, sollicitissimā curā sartam tectam servabant, amittant, imò per-  
nicioſa potiū evadant. Bonos honestosq; ve attamen Viros expreſ-  
ſe hīc exemptos discipio, qvi nempē sub benevolentia, inspectio-  
ne ac direktionē *Medicorum*, potiora præſertim, pharmaca fideliter  
disponunt atque componunt, eorumq; admonitionibus haud super-  
ciliosè succensendo, & avaritiæ crimen livoremq; omnem ac iny-  
diā abominando, obsequiosos se præstant, infuperq; *Patronis suis*  
vigorem & incrementum *Pharmacetics* tribuunt, horumq; merita  
gratō perpetuum animō agnoscent, nec non omni propterea amoris  
& reverentie cultu eos sincerè prosequuntur. Hos, *inqvam*, recipro-  
cō benignitatis affectu & favore dignos utiq; pronuncio, qvibus et-  
iam meō locō ex totā mente bene cupio, & cum iis contentus eā  
conditione, *ut antè dixi*, omnino sum, ut pro cognitione ac confide-  
ratione causarum usum dumtaxat exercitatum habeant. Sed eā de  
refusis hīc agendi locum haud esse in mentem mihi protinus venit.

§. 7. Luculentam iusta hujus querela confirmationem, ex-  
emplō suō in sensu propemodum omnes incurrente, vel solum  
**ELIXIR PROPRIETATIS** nunc subministrare poterit, cuius  
confectio ut hodiè pervulgata & proculata planè deprehenditur, i-  
ta abusus qvoqve ac depravatio ejusdem fermè ineffabilis existit, ut  
propterea avitam maiestatem, qvā olim magnificum hoc medica-  
men sub præſidiō sui *Inventoris* fulgebat, omnimodè perdidit, ac  
projectā vilius algā, ponderisq; nullius vulgari cocturā paratum à  
*Nobilioris Chymia assertoribus* habeatur.

§. 8. Magni hujus remedii existimationem ergo ut salvare, ac  
A 3 pristino

pristino id aestimio restituerè nunc queamus; ignobilis usus & circa  
tritam præparandi rationem enormis hallucinatio candidè jam à  
nobis ostendetur; veluti morbi indole rectè cognitâ demum appro-  
priata medela in promptu esse solet. Primitus tamen ipsum hoc me-  
dicamentum ita membratim arbitrabimur, ut tam *ingredientium* na-  
tura, qvam *verus conficiendi modus* ex sublimiore Chymia de promen-  
dus, aut qvi hòc deficiente commodius substitui possit, unà cum reli-  
quis circumstantiis hòc spéctantibus, illucescere, ac Bonæ insimul  
mentis Alumnis Naturæ arcana profundiùs olim scrutandi manu-  
ductio sic ministrari possit: Cum primis tamen, ut exinde manifestum  
reddatur, qvam illud, qvod vulgo ubi vis venale est, & rudi constructu  
manu proffat, Elixir Proprietatis sit plerumq; prostibulum potius &  
*chaos impunitatis*, qvam ut illustri hòc nomine salutari mereatur.

*S. 9.* Age dispiciamus, atq; ut scopum hunc nostrum eò faci-  
lius feliciusq; conseiq; possimus, titulum *denominandi* confessim eru-  
amus. De nominibus ex Platone alioquin latissimè notum est, qvod  
sint tanquam essentiarum vehicula, & qvadam excogitata rei decla-  
rationes: Idem etiam pollicemur nosmet nunc impetratueros, si vo-  
ces istas ad *Spagyricum album* dirigamus, & ad *Sophiatriæ* tribunal su-  
per iis partim per arbitremur: Certe tantam his verbis proprietatem  
& tam præclararum emphasin inesse deprehendemus, ut cum hòc ipso  
Medicamine haec notiones qvasi natæ videantur, adeò *remedium ipsum*  
& *id parandi typum* protinus sub aspectu subjicient, & reconditum  
valdeq; excellum exhibebunt significatum. Primitus igitur ponde-  
rabimus, qvid Elixir sit, & qvos natales habeat; deinde cognomen-  
tum *Proprietatis* sub examen ducemus & compediose statim hoc ne-  
gotium expediemus, ita tamen ut abusu juxta nuncius mittatur.

*S. 10.* Vox Elixir vulgo vexatissima & triobolaris est, dum  
ex culinâ ejus petitur nativitas, atq; ab elixendo seu coquendo quibus-  
dam deducitur, ita ut qyodvis Bamma & Zomidion hòc qvam mo-  
dò significare videatur: Unde etiam in officinis usitatissimè accipitur  
pro liqore spirituoso, mediante nudâ *infusione* imprægnato, qui rectius  
tamen *mixtura* seu *extraatum liquidum vel aqua etiam composita* (cui ad-  
jectionem pretiosa tandem non invideamus, qvatenus ea carius pie-  
runq; constat & ingredientium pluralitatem reqvirit, non vero ob  
facultati precellentiam, qyam totâ die *Medici* expectationem fru-  
strari

84

strari soleat) vocitaretur, quām ut *regalis hic titulus* tam perperam sic prostitueretur, qvod tamen quām pessimē fiat, faxo ut in oculos plenō confessim passū incurrat. Valent nimurū *verba & notiones* hic quoq; ut *nūmī*, vel qvod in præsentī magis quadrabit, sicut *amītus*: Ut namq; exempli igitur, qvondam illustres saltim *comas aurō* cripata texta adornabant, sic cultu nunc eodem vilis ancillæ, qvæ latrīnam lavat, verticem collucere vides. Vel, ut blandiori compariatione errorē hunc circumscrībamus, eadem propemodū ratione se habet hic fallendi modus & abīsus, ut ille, qvī inter amicos est familiaris, qvī exiguum obsonium vel patixillum ponorū missuri, vase argenteō inclusum candidō & bellè exarato liatē obvolvunt, tibi sanē nec plus, qvod mittiur, nec melius, sed accipienti tantum gratius, & honestius fieri solet mittenti. Sic *levidensia medicamina*, pulcrō grandifoni tituli velamine honestantur, & sapē plus in titulo, quām in pyxide. Sed ulterius applicandi studium sit penes *Lectorem*, cui clarius id cognoscendi media in subseqventibus ubertim supeditabuntur.

§. II. Altius igitur hīc adscendendum, ut *nominis* tam excellens dignitas manifesta evadere queat. *Elixir* nempē est *origine suā Arabīcum*, qvod nomen postea in usum Latini sermonis venit, ut velut usucapione *Latinum* etiam nunc existimetur. Juxta *Arabum* idioma *Eleck schir*, vel *Elik schir* dicitur, hoc est, essentia, seu essentiae vis arte elicita: Notat quoq; idem hoc vocabulum *pulverem Philosophicum*, à radice *Kashara*, contulit, comminuit, pelleat aut *corticem detrahit*, desquamavit *pīsem*, excoriavit, deglubuit; &c. Qvæ Philologia ut certa est, ita tam ventosus haud sum, ut *Orientalium Lingvarum* notitiam, quām, ut i geniū fatear, non habeo (neq; omnia possumus omnes) protinus mihi arrogem, sed ad fidem & edecumatam eruditioñem jam laudatarum LL. *Professoris Publici*, *Excell. Jo. Adam Scherzeri* Collegæ mei animitus colendi provoco, ex cuius sincerâ communicatione, hīc adscribere voluius, ut appositissimum & elegantem seu proposito nostro affatim velificantem exinde sensum exsculpere valeamus.

§. 12. Allubescit omnino ex fonte *Arabico* veræ significationis succum nunc haurire atq; ita eundem degustare, ut *Elixirii propriæ ac genuinæ* sic dicti Majestas hīc protinus vel spontaneā facilitate promanare,

manare, & cuivis palam evadere queat, nobilissimam ac planè philosophicam parandi methodum insimulq; nobilissimum menstruum Heroicam hanc Medicinam depositulare. Qvaris jam Lector, qvid sit *Arabibus* & omnibus adeptis potissimum *Philosophis ELIXIR*? Promtos hic officiosq; nos statim habebis, sed boni tamen consules, si flosculos elegantissimos atq; ex amoenis *Hermeticorum* viretis desumtos tantum, spargendo gratificandi alacritatem & rem difficilimam nunc explicare tentemus. *Elixir* igitur est Medicamen incomparabile, conservandæ vita & pellendis morbis dicatum. Est *Elixir* medicina undiqueq; perfecta, generosissima, & exaltata, habens virtutes ante omnes Medicinas, atq; indicans homogeneam, purissimam & subtilissimam substantiam. Omne *Elixir* sapienter memento operari; est enim donum & mysterium conservationis ac longævitatis, estq; Victor & Hercules omnis corruptionis putredinisq;. *Elixir* ad altiora remedia ac arcana seu *αἰδηλα* & *αἴπερητα* pertinet, qvæ sub tutelâ silentii sedulò recondi, à vulgari notitiae removeri, nec cunctis conspicienda dari, adeoq; velut in finu posita esse debent. De *Elixiris* virtute & fama est magnalia atq; miracula praestare, & omnis specifici potentiam excedere: Est magisterium vel astrum potius penetrantissimum, (seu penitissime intrans,) essentia viva, & spiritum vitæ suæ lucce effectissimè illuminans atq; conservans. *Elixir* est ac dicitur, qvod in thronum universalis medicinæ surgit, & uno restaurantis vitæ cōpendiō, nec non glorioſo tam puritatis qvam subtilitatis encomiō omnem morborum tyrannidem ex æqvō ac heroicō robore supplantat. Imò *Elixiris* voculam Veteres *Philosophos* ita usurpare legimus, ut sub eadem semper de principio, radice, seu semine ac natura metalorum primævæ radium aliquem, qvō mirè illustrari omne remedium solet, comprehendere & subaudire conservaverint; unde etiam benedictum illum lapidem seu ipsum Magisterium suū, cœlesti splendore condecoratum, appellari *Elixir Arabicum*, undiq; & ubiq; in eorum scriptis spectamus, qvod ipsum postea nobis commodiusculam ex abstrusioris *Chymie* meditulliō aureola qvædam deprendi ac mutuò accipiendi occasionem porriget.

S. 13. Clariùs id cognoscendi votō ut jam potiri queamus, ad *Arabicam Philologiam* revertimur, atq; eamdem nostro protinus scopo accommodamus. Percepimus autem *Elixir* ibi designare,

effen-

85

essentiā artificiosè elicita, qvō nomine qvid propriè indigitandum veniat, anxie disceptārunt & adhuc usq; controvertuntur scholæ. Sed sapientioribus plerisq; concessum jam est, elementum vocari non posse, qvod elementorum est principium, liceat in elementariis loculamentis natum comprehendensq;: Cum itaq; aliquid cernerent illi, qvod nullò pacto elementorum naturam saperet, nec ex crasi eorundem ortum esset, in d ipsa potius regeret elementa, & cœlo seu astris proportione, tam Autore qvām effectis divinum, responderet, id quintam & vitalia potentia essentiā, aut rerum Archeum, naturam ac vitam corpoream sensibilemq; nuncupare amarunt, velut Petrus Poterius & Pet. Jo. Faber doctissimè id declararunt, nec non ex Institutionibus Physiologicis Meritisimi Preceptoris B. Sennerti, ubi de calidi innati agit naturā, hoc patet. Virtutem ergo elementis nobiliorem dari in confessio est, qvam pariter corpus elementis nobilius & subjectum, inhalationis consimili nobilitate coruscans exposcere, ecquis est, qvi vel sponte hoc non conjicere possit. Obiter hinc quoq; abstrusioris istius doctrinae prægustum petere licet, unde Luminis perpetuo fulgore flagrantis & Lampadum non interrupta flammæ lucentium immortalis gloria, qvam Vera Philosophie Praefules tantum efficere norunt, scaturiginem suam ac permanentem dispositionem nanciscatur, nisi Rei incomparabilis magnitudo virium nostrarum notoriā exilitatem infinitis parafangis excederet, nisiq; qvid nectar illud materia Sophorus prima sine pari excellentissimum, qvidvē essentia illa nunquam non vitalis, astrum Mercuriale, liqvor igneus, ignisq; liquidissima ac Ros cœlestis omnia radicaliter dissolvens, & animam ex centrō suō eruens, ante oculos nostros tam profundè illatebratus esset, & hâc in parte ignorantiam nostram in propatulō haberemus: sicuti Bono Viro turpe omnino est, proferre qvod nesciat.

S. 14. Sed qvomodo Veram Essentiam seu Elixir faciundi, & ex qvavis mixtō illud eliciendi ratio nunc iniri debeat, hoc opus, hic labor. Qvium verò animadvertisimus, laudata essentia, an revera detur, locum fidemq; forsitan non concedi, nisi qvodammodo explanetur certisq; argumentis stabiliatur, ideoq; etiam id muneris suscipere non recusabimus. Utut autem grande negotium nos absterrere, & trepidantem levemq; hunc calatum vix admittere videatur, attamen, qvoad possumus, omnem mentis nostræ valentiam (ultra hanc

B

enim

852

eniam non obligabimur amplius) id expediendi officio consecrabis. Rursus igitur Benivolium Lectorem ad Vocis Arabie & cunas manuducimus, ubi ex sententiâ statim modum parandi, qvintas essentias plenô sanguini se pandere concernemus, modo non verborum, cortices externamq; superficiem ac sonum, sed viscera eorumdem ac centralem, ut sic loquar, sensum attendere, atq; Hermetica lance diligentius libra re nobis sit cordi. Ita enim perspicere, vel (qvod nostrum est) ariolari poterimus, qvid Philosophus contundere & comminuere, qvid ipsi fit corticem, pellemq; detrahere, piscem suum desquamare, vel exosfate, suum qvæ Draconem excoriare, & deglubere Bufonem seu serpentinas sequestrare exuvias &c. Hac utiq; adhibitâ accurationis industriâ vel manu palpare poterimus. Qvintam Essentiam nîl aliud esc, qvam materiam corporalem ex omnibus, quibus vita & calidum humidumq; radicale inest, à cunctis impuritatibus diligentissimè separatam, atq; à corruptibilitatibus subtilissimè purgatam, in qvâ deum omnis rerum potentia est & Medicina; sic omnino qvod anteâ erat invisibile, evidenter conspicuum, & qvod occultum, evadere manifestum solet. Sic Philosophus ultimum Alchymiz scopum finemq; attingere, & Medicus remedia ad summum puritatis claritatisq; fastigium, perducta in omnem morbi savytium potentissima impetrare valebit.

§. 15. Amplissimum profectò philosophandi campum hîc se nobis aperire fatemur qvidem, qvem tamen ex votô ingredi indignitas nostra desubito verat: Tu ergo nobiscum eris contentus, si oras sanctioris agri superficietenus legere saltim ac speculari nunc fategerimus. Elixir pulverem, qvog; philosophicum seu philosophica ratione paratum designare virtute radicis sua, contusionem seu comminutionem innuentis, suprà nos Lexicon Arabicum docuit, qvod interpretandi studium primò observandum nobis præbet, de naturâ & constitutione Elixiri vel essentia ac magisterii non esse, ut semper sit fluidum, sed ad siccitatem etiam redigi, atq; in pulvis formam, vel potius crystalli & rubini consistentiam asciscere haud difficulti negotiò posse; veluti essentia qvævis ritè ac philosophicè facta promtè vel solvi, vel coagulari ac concrescere, atq; sic vice versa, solet: Unde etiam Aquaficaria, vel siccitas aquæ & pulvis spiritualis receptissimâ solemnitate audit. Deinde hòc ipso etiam, dum Elixir pulverem philosophicum denotare intel-

intelligimus, gemina nobis exhibetur significantia, quatenus nimirū  
 ex una parte sub hāc notione Philosophorum lapīs & Terra illa aetheria, seu  
 gloria, cuius documenta Philosophi curioso commodabunt, com-  
 prehenditur; ex alterā verò mixtum aliquod in pulverem ac tenuem  
 pollinem convertendi labos sic commendari nobis videtur, q̄i tam  
 igit ut pote vilissimus ac nullius planè momenti pretiūq; q̄id ad re-  
 re essentia seu Elixiris structuram conducere possit, aut q̄omodo ad  
 Philosophorum sanctuarium pertineat, q̄uām Doctrine Chymice conse-  
 craneis scandalō seu offendiculo esse, atq; sic confusionem parere  
 queat, nostrum nunc erit ex Spagyricorum scriptis demonstrare, longē  
 nobiliorem sensum sub hōc sūario delitescere, q̄uām ut primō sta-  
 tim intuitu eum capessere licet. Faciamus igitur periculum.

§. 16. Tantinemp̄ estimarunt Labores suos Spagyrii, ut ad  
 occultandos eos, ne improbis indignisq̄ temerē darentur obvii,  
 atque sic vilescerent, partim tropicis obscurisq; loquendi modis usi,  
 partim sub proletariō sēpius sermone absconditisimas Venerabilis  
 Scientiæ partes & animi sensa secretissima complexi fuerint, q̄uām  
 ipsam arcana sua celandi prudentiam postmodum plurimos, Herme-  
 tiorum dicta non secundum Naturā posibilitatem ac vires sed brutum  
 dumtaxat litteræ scriptæ sensum intelligentes decepisse in apricō est.  
 Ut ergo Tu capere, & nos ediscerere nonnihil (nam completam so-  
 lidamq; circa tanta hac mysteria instructionem ne ab infantia ac im-  
 potentia nostrā exspectes, obnoxie rogo) valeamus, q̄id per pulveri-  
 fationem seu contusionem illam ac communionem innuere videantur, hāc  
 habeto. Calx videlicet generali significatu est pulvis q̄ilibet in par-  
 tes impalpabiles exacte comminutus, ac tenuissima cujuscunq; rei  
 pars, q̄uām & Alcool nuncupare consueverunt Chymici. Alcool illud  
 rursum dupli accipitur modō, ita ut in liquidis denotet spiritum recti-  
 ficatisimum & toties iteratā cohobatione ad exquisitā subtilitacis  
 horizontem perductum; in siccis verò pulverem studiosissimè contri-  
 tum & Magisterium tale significet, q̄uod ipsam farina etiam delicatissi-  
 mam mollitiem superat.

§. 17. Appellārunt itaq; Antistites illi Calcinationem suam, q̄uæ  
 totius Spagyrica Artis thesaurus & genuina existit clavis, pulverisatio-  
 nem, triturationem seu Alcoolisationem, q̄uod vera rerum attenuatio & ad  
 summam aetheriamq; subtilitatem reductio non nisi per calcinatio-

854.  
nem, non vulgarem illam, sed à Nobiliore Chymia excogitata ac par-  
tam præstari queat: Hujus enim beneficio, crassæ, terrenæ & fæcu-  
lentæ quisq; vilia à tenuissimis, hoc est, igneis aëreisq; seu spirituosis  
partibus, heterogeneum ab homogeneo, ignobile à nobili, impurum  
à purò, inutile ab utili, venenum à theriacâ, mors à vita, cortex  
à nucleo & astralis virtutis centrò, densissimæ tenebræ à Lucis splen-  
dore, atræque Nubes à Solis fulgore separantur, adeoque totius  
Naturæ claustra sic effectissimè reserantur.

§. 18. Planum explicitumq; sic esse nobis persuademos, haud  
incassum una radice, qvam Elixir agnoscit, tam contusionem seu comminu-  
tionem, qvam desquamationem seu excoriationem, hoc est, accuratam purifi-  
cationem commodiusculè exprimi, qvum hæ operationes, veluti jam  
percepimus, unicū mundificandi, seu ad summa perfæcta puritatis judicia  
perducendi laborem, hoc est, philosophicam calcinationem comprehen-  
dant: quemadmodum Philosophia notoriè consuetum est diversis no-  
minibus & plurali numerò rem unam indigitare atq; ad unum collima-  
re scopum. Absolvitur ergo hæc alcoolisatio & purificandi studium  
non tritando, nec terendo, aut trita per incerniculum transigendo,  
sed Sophorum calcinatio (qvæ putrefactionem seu corruptionem, fermenta-  
tionem, digestionem, circulationem ac solutionem, sed non nisi Philosophicè  
institutas, sunt enim operations ista reverè inseparabiles, & adam-  
antino vinculo nexæ, omnimodè includit, adeoque communem illam,  
qvæ deturpat potius & rerum vigorem suffuratur, excludit) & ignis  
tam internus qvam externus, tam naturalis, qvam artificialis est legitimum  
ad expediendam Alcoolisationem illam incerniculum, & furnus  
Philosophicus est verum illud præstandæ contusionis mortarium; unde eti-  
am qvum tantam in re Chymicâ laudata & sapienter intellectæ Calci-  
nationis necessitatem (aliam enim ratione nihil ad cœlum desideratæ  
puritatis ac perfectionis ascendere, nec purum generari potest, nisi con-  
tundatur & calcinetur, hoc est, corruptatur impurum) animadverte-  
rent discipline secretioris Mystæ, tergemina repetitione, TERE. TERE. TERE.  
conclamârunt.

§. 19. Ni fallor ELIXIRIS vocem (qvæ si nostra humili-  
tatis vires id ferrent, ad magnorum arcanoram sidera cupiditatem ri-  
mandi traducere posset) sic enucleavimus satis, ut qvilibet, qvid di-  
stent æra lupinis, hinc aduortere valeat. Sed carpamus viam ulte-  
rius

rius & inquiramus jam, quid *adjunctio PROPRIETATIS* hic sibi ve-  
lit. Cognitum ex *etymologicis* est, *proprium* id dici, quod maximè est  
prope. Ergò *Elixir proprietas* talem hic denotabit medicinam, cu-  
jus virtus qvām proximè accedit Naturae nostræ seu balsamo nostro  
nativo, illiq; amica valdoperè, appropriata, accommodata & con-  
venientissima existit: vel potius quod *proprio* suo succo, humidoq;  
radicali, id est, ex se, in se & per se (qvæ consuetudinis solemnitas  
Philosophis sacra est) hoc *Elixir* confici debeat. *Certum & proprium*  
non raro apud *Autores* idem exprimere observamus. *In* hinc statim  
subsume, auxiliandi & conservandi certitudinem *Elixir proprietas*,  
sed philosophice & juxta *Paracelsi* soleritiam paratum, tanquam in-  
dubitate & salutaris præstantiae medicamen polliceri. *Proprium*  
porrò significare nonnunquam legitimus id, quod *peculiare & speciale*  
est: Qvō ipsò à communitate separatur, hoc est, non tantum *Elixir*  
*proprietas* à *consortio & turbâ vulgarium* divulgatorumq; medica-  
mentorum sic eximitur, verū etiam singularem in preparando  
gnavitatem & minimè perfunctionis labore exposcere videtur.  
*Proprium* præterea etiam idem est ac *stable, perpetuum, vel sempiternum*.  
Egregiè hoc itidem nostro favore scopo poterit. Nempe *Elixir pro-*  
*prietas*, sed ritè *præparatum*, ad vitam prolongandam & corporis  
valorem (putredinem ejus procul arcendo) in eodem stabiliq; vi-  
gore conservandum suas oppidò partes contribuit. *Proprium* nun-  
quam avellitur ab essentia: Igitur concludimus ad *essentialia & hu-*  
*manæ proprietati acceptissima, puta, nobilissima & magnam auto-*  
*ritatem obtinentia remedia genuinum Elixir proprietas pertinere*.  
Verū hunc sic ratioinandi affectum partim *Autor & Inventor* hujus  
medicinae, partim *præparationis excellentia*, qvam reuicit, partim nun-  
quam satis deprædicanda *virtutes ac merita, qvibus resplendet, in*  
*subsequentibus confirmabunt atq; ex votō tuebuntur.*

**s. 20.** Insigne hoc Medicamentum magnum etiam ac cæteris  
cunctis majorem habere *parentem Inventoremq;* (ut fortis creaturæ  
fortibus) nobiscum nemo inficias ibit, modo *Chymia aut Sopia* atræ  
gratiosam famam in deliciis habeat, & candidus Ingeniorum fautor  
existat. Nominamus hic ergò *Theophrastum Paracelsum*, qvem ut ve-  
rum *Natura mundi* (Artifex enim qvō magis ad *Naturam* accedit, eò  
præstantior etiam habetur) interpretem fuisse credimus, ita non im-

merito secretioris quoque Philosophie Principem & Arcanorum Monarcham, eum appellant, atq; ad id faustò fidere natum pronunciant Philosophi, ut altiores medicaminum præparationes & remedia ad unitatis symbolum adscendentia seu ad primam suam materiam reducta, adeoq; veram artem, quam DEUS in Naturā occultavit, Bono publico proponeret. Veluti etiam in rei veritate ex scriptis ejusdem liquet, multa penè divinitus in re Medicā ac Hermetica Paracelsū docuisse, ut nunquam satis admirari & decantare rārē hoc eruditiois exemplum grata posteritas possit. Sed Te offendere Autoris stylum persentiscimus, dum Medicinam Ejus enigmatum plenam & multis impeditam difficultatibus deprehendis, ut quid velit & dicat, intellectu tuo nullatenus conseqvi valeas. Ait memento, sine difficultate nullam esse subtilitatem, nec sine spinis rosarum eminentissimam, svavitatem. Crescat animus tuus ipsā difficultate, ac cogites assiduum vincere cuncta diligentiam. Rerum attamien naturalium notiā præparatum animum aferas, & totum Paracelsū decies rotiesq; legendi ac relegendi constantiam habeas, nec minus Paracelsū per Paracelsū declarandi follicitudinem adhibeas, pariterq; reputes, Autores legere & nihil exin feligere ac colligere, esse penitus neglige. Qvā potenter autem ac præsentissimè ferocissima etiam morborum monstra edomare valuerit Paracelsū Chymiatrorum sua etatis celsissimus, & qvānam alia praconiorum honestamenta ipsi debeantur, fusiū recensere acqviscimur, imō idem super Tantō Virō, & in hōc genere ad miraculū usq; præcellenti nunc usurpandū nobis videtur, qvod de Cartaginē Conditor historiā Jugurthina prodidit: Melius esse, de illō tacere, qvā parūm dicere.

S. 21. Inventori jam succedat ipsum inventum, qvod ex Archidox. lib. 8. de verbō ad verbum hūc transferre, & postea ad examen seu qvālem qyalem trutinam nostram revocare, proscriptis ambagiis placit. Modum autem parandi matrem idiomate sic expressit Magnus Paracelsus: Rx. Myrra, Aloëpatici, Crociana, Wterling fortassis quadrandem libra) laj̄ in Pellicano mit Arena adscendiren auf das mildest (qvā lenissimo igne) zween Monat/darnach separari per Alembicum das oleum von fecibus sine adiustione herüber/das oleum digerit mit Circulato ein Monat in gleichem Gewicht/darnach behalts: In dem ist alle Eugende der natürlichen Balsamen / und ist in ihm virtus conserva-

817

servativa in senibus &c. Et paulò antè hæc notatu dignissima verba præmittit, qvæ nisi attendantur accuratissimè, nunquam res illa acu. qvod dicitur, tangi, nec mens Autoris capi poterit: die Natur/ inquit ille, hat ein Elixir geböhren / das von Rebus naturalibus als aus Myrrhæ Saffran uñ Aloëpatico Citrino (Verborum seu Contextus translocationem pro meliori sensu admittas) mag in seinem eigenen Wesen ein vollkommen Elixir gemacht werden. Aus was Kraft aber ihnen ein solches kommt/sagen wir de eorum Generatione, und lassen vor dieses mal seinen Anfang aus/den mir zuvor zum öfftern gemelbet haben.

S. 22. Pauca sunt, qvæ hic vides, sed multa & ineffabilia comprehendunt, laboremque difficilimum, qvia philosophicum, insinuant. Parva equidem mole, sed mirum quantum magna pondere atqve gravissima existunt, qvæ hic transposita conspicis. Sed quid nos sentiamus de Paracelsi hōc ratiocinio, qvò Elixir suum proprietatis circumscribit, pro virili portione, utut difficilimos habeat explicatus, expromere nitemur. Statim igitur edicimus impossibile penitus esse, ut quispiam hanc ex isto parciologiō preparandi methodum assequi & in usum ducere queat, nisi totum Paracelsum & omnia ejus volumina assidua lectione is tractaverit, nisiqve in sublimioris Pyrotechnia laboribus qvam optimè versatus instructusque fuerit. Ecquis enim hinc capere calleat, qvomodo sine additione ullius menstrui, ex resinosis ac siccis speciebus, per meram circulationem (hanc enim organum pelicanum ac Vitri illius chymici huic operationi à Sophis destinati evidenter innuit) adscendere beneficiorum propriæ & innatae sibi essentiae liquidum aliquid ita sufficiens possit, ut adustionis crimen omnino avertatur? Ecquis oleum sine empyreumate juxta præscriptum tenorem per alembicum elicere audeat? Ecquis divinare poterit, quid per Circularum suum, qvidy per Originem illam sibi cupiat intimus hic Natura consiliarius? O quantu obstacula, o quanti labyrinthi! Ubi aures arrigere illos desideramus, qvi Elixir proprietatis Paracelsi ad officinalia, hoc est, vulgaria referunt, & qvi paratu (ore potius quam re.) nil facilius hōc medicamine autunant. Ast hæc omnia ut luce meridianâ evadant clariora, qvam hodiè rara avis in terris nigroqve similiima cygno sit Paracelsum hoc Elixir seu balsamus proprietatis, balbutire dumtaxat conabimur, qvam ardua momenta & quantam scientię majestatem hoc negotium requirat.

§.23. Ob-

§. 23. Obscura est omnino Autoris connexio, quando innuita specierum dictarum trigam debere cum arenâ per bimestre spatiū adscendere & sublimari; & proinde anceps evadit significantia, an dictas species, cum arenâ tanquam additamento, (Zusatz) ut promptior elevatio sic contingat, miscendas velit, an vero ignem arena intelligat: sicuti ignis gradus sic à Philosophis discerni legimus, ut alium vocent ignem flerquilini seu vaporis, alium balnei, cinerum, flammæ, & sic porro. Sed ut sine morâ nos expediamus, illos sinceritatem interpretandi speeditare existimamus, qui adminiculum ignis & officinam Vulcani hinc significari ( siquidem & hoc medicamentum sit Filius ignis ) fortassis alfeverabunt, ut pote sine quâ in lucem & ad spectum mixti alicuius effentia produci non potest.

§. 24. Dixisse nos anteā ad memoriam revocamus, putrefactionem seu corruptionem, digestiō ac solutionē easdem & indivulgē continuas operandi ratones apud Philosophos designare, quod ipsum assertum ne Tibi absonum & à sonō rationis alienum ( diversæ enim primō comparent intuitu ) videatur, nunc expendere atque expōnere pergimus. Putrefactio seu corruptio praecedunt, quæ sine fermentatione, uti notissimum, neq; vaqvam succedere possunt: Hujus vero indolem & naturam digestio ac circulatio, quas tanquam putrefactionis appendices aestimant, pleniū pandunt, easq; postea immediate maxtri istius putrefacti, corrupti, fermentati, digesti seu circulati in suâ principia solutio consequitur: adeo ut solvi queat nihil, nisi digeratur ac circuleret prius, nec qvicq; vam digeri ac circulari poscit, nisi praecebat putrefaciens seu corruptiva fermentatio. Quæ tamen præparations singula cùm unâ labore unicq; vase perficiantur, sic contestante Philosophorum chorō, sub unâ etiam ac necessariò complicata operatione comprehenduntur, nec distinctionem hujus essentialiōm constituunt.

§. 25. Desingulis paucula adspargeimus, ut quâ ratione ex pinice etiam aquam, hoc est, ex myrrâ, aloë & crocâ per se, & sine peregrini liquoris additione, beneficiori Philosophici hujus laboris succq; qui solutionem præstare, ac non destillationem tantum postea instituendam, facilitare, sed & adiunctionis injuriam arcere debet, extorqueri aut elici possit, mente nostrâ, si non ex ase, tamen quodammodo concipere sufficiamus. In antecellsum tamen velut insufframus Tibi geminum ignem ut supra jam monuimus, hic attendendum, ac sciendum,

ignem

55

ignem externum juvare tantummodo internum & ad agendum proritare, internum vero palmarum in omni labore sibi vendicare: veluti hoc ipsum omnibus etiam perspectum est Medicis, qui frustra auxiliorum suorum ignem seu igneam & artificalem virtutem se adhibere conqueruntur, nisi cooperantem juxtim inveniant Naturam seu calorem ac phæbum vel Archeum corporis internum, cui humidum radiciale thalamum jucundissimum praebet.

§. 26. Stat sententia, *Corruptionem esse alterius generationem*; ergo nec præstabile remedium confici poterit, nisi mixtum corrumpatur prius ac putrefaciat: Unde ad regiorum egregiorumque medicinum præparationes Philosophorum oracula, quæ summo suo aliquin sacrarunt *Mysterio*, appositissime quadrabunt. Totam fortitudinem Hermeticæ magisterii (& per consequens cujusvis Heroici remedii) non esse, nisi per putredinem, adeoque in sterquiliniis querendum, quod poscunt Sapientes, inquit & svadet Morienus. Si putridum & mortuum non fuerit mixtum, ut idem Morienus & Bernardus ajunt, solvi etiam ac vita fructus ferre seu exaltari ac meliorari non poterit. Alterativa autem putrefactionis ingens præstantia non cuivis innotescit, & maximi omnino est ingenii profundæque inquisitionis, ut pote quæ valde occulto nititur fundamento, ut formas abscondeat, naturam absolvire, proportiones custodire, ac imperfectionem seu vitium radicibus corrigere, hoc est, impuritatum, quæ vita semper sunt inimicæ, mortem ac internecionem præstare possit, quod vita germin & puritatis miscans flagrantia hinc exurgere valeat. Hac ergo est via ad præfanißmas illas vera Chymia operationes, quæ veterem rerum ac corruptibilem naturam consumit, & novam coelestemque penitus introducit.

§. 27. Consumili speculatione genium fermentationis, digestionis, circulationis ac solutionis, quarum catenatio seu concatenata necessitudo (sua namque sponte ultrò citroque se invicem consequuntur ac complectuntur) Philosophis ad amissum est perspecta, haud difficulter cognoscere licebit, modo putrefactionis potentiam & naturam assiduō ruminari non desistamus; neutra enim sine altera persistere ac fieri potest, proptereaque unam ex iis qui nōrūt, omnes reliquias facilimē nōverit. Nihilominus ex Philosophorum melissō sententias quasdam omni melle svaviores anneximus, ut appetitum scripta eorum avidius impostemus.

C  
rum

rum scrutandi *Tibi* pariter ac *nobis* conciliare aut acuere sic queamus.

§. 28. Fermenti nobilitas graphicè hinc inde depingitur ab Helmontio, qui in eodem originale rerum initium & primævas, vel ut is ipse loqui amat, seminarias causas transmutationis consistere, luculentis probat monstratq; argumentis. Fermentum est, inquit, qvod impuritates omnes ac seces consumit, adeoque ex fundamento deputacionem præstat. Fermenti notitia utilius nihil esse, & modò propinquissimum vitæ horizontem illud attingere, seu specificum naturæ vitalis donum spiraculumq; existere, ex eodem addiscimus. Fermentatio, pergit, igne potentius, hoc est, cum majori virtutis robore subinde operatur, & quin fermentum ex insitô sibi ac geniali spiritu scaturiginem obtineat, patet etiam, qvod necessariò quoq; de proprietate spiritus vitalis balsamicâ hoc ipsum sit, & propterea non minus recte quam bene magnus hic efficacia vigor ei competit. Plura fermentationis præconia, qui experit, is adeat *Thome Willis, doctissimi Anglia Medici, Medico-philosophicam, eamq; ab arte limatissimam de hoc themate Diatriben, in qua perlegendâ animus singulari quadam voluptate delinitus, ut in amoenâ diversoriâ, conqviescere ac se recreare poterit.*

§. 29. Circa digestionem ac circulationem, quâ partes in minima, & velut atomos rediguntur, nil præterea novi apportare licebit, quin prælaudatae virtutes consimili penitus ratione utriq; competant: Imo illam ipsam circulationem, in quâ humidum insitum aliqui mixti perpetuâ reciprocatione sursum deorsumq; movetur & ex eodem spirituosa astralizâ essentia elicetur, nil aliud esse, quam fermentationem, exempli sangvinis in Exercitatione nostrâ de Morbilla nuper dilucide satis ostendimus. Imò ex pleniore solutionis cognitione, plus lucis *Tibi* promittimus, de quâ hac adscribere placet. *Solutionem Philosophi* in genere nuncupant naturarum mutationem, quando id, qvod *inferius* ac *corporale*, per svavem sublimationem (quæ eleganter sublimis solutio dicitur) *superius* ascendit, ac in spiritum frutatur, & qvod *superius* ac *spirituosum* est, *inferius rursum descendit*, & ad Medicina usum adducitur. Qui dissolutioni hanc artem ac secretum novit, is ad summa mysteria perveniendi aditum, & naturas ex naturis extra-hendi scientiam habet. *Solutionis* autem naturalis sapientiam hic poscent ejus Proceres, non verò illius usum, qui vulgo notus est; unde vulgarem quoq; solutionem istam inferunt esse potius dissipativam, ac corrosi-

86.

rostram destructionem seu compositi inemendabilem deturpationem. Sed hanc demum solutionem naturalem ac veram perhibent, quæ permanentiam sinus solventis ac soluti ostendit, ut ex utroq; tam masculinò quam femininò semine seu spiritu & aqua nova species resultare queat. Hæc est illa operatio, quæ corpora in liquorem (hoc est, in primam sive materiam, quæ reverâ nil aliud est, quam liquor, seu liquidam mucilago, quæ tam miraculè postea modò in carneam & osseam, modò ligneam, modò faxeam ac durissimam planè substantiam in generationis progressu transmutatur: sic verbi gratiâ totus homo & tanta ejus compages ex tantillâ aqua seu seminis momento ac sic porro productur; O magnalia sapientissimi Jehovæ, ô miracula Naturæ imperscrutabilia!) solvit, & ita eorum vincula perfringit, ut solida & siccissima fiant liquida, effoeta ac semimortua evadant rediviva, atque occulta cum insigni clarore se manifestent.

S. 30. Sed desiderabis jam, ut, quamnam dispositionem reqviraat (hanc calcinationem Philosophicam vocant) putrefactio, & quænam tam altè sepulta ejusdem sit basis, pariter ad jiciamus: Multa enim nobis corpora oppones, quæ sicciora sunt & parum humoris habentia, adeoq; ad concipiendam putredinem, quippe quæ in calidô humidô fieri debet, evidenter inepta. Respondent Artis Patres, materiam terendam & humore proportionali conspergendarum, postmodumq; in suò vase ad putrescendum locandam. Verum ubi humorem hujuscemodi proportionalem, & qvæ hujus vel illius mixti naturæ conveniat undiq; , ac proportionem similitudinis exhibeat, inveniemus? quis Neptunus eum nobis commodabit? Altum hic undiq; silentium. Atq; hæc ipsa dispositio & putrefacienda materia preparatio acutus ille scopuli murex est, ad qvæ tot conatum navigia alliserunt, perierunt: Hæc est illa causa, unde tot laborum adulteria & partus spurii, tot imposturæ & deliria prodierunt, quæ à Sophistis & omni Fide indigñissimis Empyricis seu Chymicæstria (rectius Latrones dixeris & marsupiorum famosa emunctoria) adhuc usq; committuntur. Quæ igitur prudentiâ, urges, celebranda hæc materia est dispositio, ut salutares illæ putrefactionis ac per consequens digestions solutionisq; operationes à Doctrina Filio accuratisimâ industria excoli, debitoq; & ipsi Naturæ conformi modò perfici possint.

S. 31. Ad magnum Natura librum sic nos docentibus Philosophis, Tere-  
C 2 mit-

tim⁹ & rerum omnī originem indesinenter penitusq; perscrutand ā hīc  
 Tibi commendamus. Incidit autem hic Chymicum istud enigma, qvod de  
 spiritu per destillationem tanquam genitrice suā partō circumfertur:  
 Mater me genuit, & ego matrem, qm̄ matre ipsā tamen antiquior. Hunc  
 autem arte marem Filium seu spiritum mundi vel universi, veram illam &  
 unicam aēris laudem gloriamq; nisi serio hīc attendamus, & ad fulgidissi-  
 mam Naturā lucernam nisi examinemus, materiam aliquā veræ putrefac-  
 tionis, corruptionisq; sepulcro imponereq; ad naturalem digestionem ac solutio-  
 nem nullatenū aptam reddere aut disponere poterimus. Resci-  
 dunt hīc itidem conatum Tibi ex votō gratificandi tanta Rei hujus-  
 dem immensitas, & concurrens nostra insimul, qvæ nobis profectō  
 magna est, infirmitas; Ex illis namq; sumus, qm̄ canere inter Phi-  
 losophos nondum Oracula possunt. Boni attamen consules ac de-  
 lectaberis forsū, si dimidiata hīc tantum tentaverimus verba. *Est in*  
*superiori sphaera fontis vena, qvæ est Philosophorum regula prima.* En-  
 habes lavacrum Diane; en puteum istum benedictum, ex qvō ingeniō  
 Naturæ suō, ejusq; sagax Minister humorem illum proportionalem, cu-  
 jus vitali fermento cuncta consperguntur, nullo non tempore uber-  
 tim hauirē queunt. Hīc omnino locatum est illud dolium, qvod  
 Naturæ lixivium nungiam & nungiam deficiens continet. *Dicit* ipsius  
 Paracelsi in usum nostrum hīc vindicabimus, ut quid spiritus Universi,  
 vel balsamus seu ros iste astrorum nobilissimus, vitæq; catholicum  
 & omnes creaturas penitusq; recreans pabulum sit, si non expri-  
 mere, tamen non nihil adumbrare possumus. *Astrale nectar,* inquit,  
 cognoscere vix licet, nisi astrorum essentia, natura & proprietas sic  
 perspectissima: Tunc demum postea exsugere & extrahere  
*Ens* hoc benedictum & astrale poteris. Cœli vires influentes & astra-  
 les radii sunt, qm̄ unicè fermentationis ac digestionis desideratissimam  
 dotem instillant. Astra sunt, qvæ semen & virtutem digestivam velue-  
 in uterō, qvem aēr præbet, gerunt, ac infundunt: sine qvā nihil in-  
 hīc terrarum orbe dispositionem generativam & incrementum capere va-  
 let. Ethoc est Mysterium illud magnum à primō creatō dependens ac  
 propemodum imperscrutabile: sub hoc ipso dicitur *ad ipsas radices*  
 recondita est, & tam caliditatis qvā frigiditatis primordia exinde  
 promanant. *Hoc Mysterium* qm̄ intelligit, qvid sal Naturæ omnia ve-  
 getans, vivificans & conservans, qvid ignis humectans & corpora lavans,  
 qvid vē

quidvè *avicula Hermetis* altivola, & omnes aëris tractus remigio subtilitatis suæ pervalans mixtaqvè cuncta penetrans, quam tamen non nisi peritissimus Artifex *aucupiò suo magneticò*prehendere ac condere poterit, mente suâ etiam conciperenon difficulter valebit. Si itaqvè ad promovendam rerum *purefactionem ac solutionem*, ut frumentum perfectionis & absolutæ *puritatis* hinc nancisci queat, hoc vel illud mixtum quis *disponere* velit, ille, qui manuaductionis nostræ rudimenta hæc respuit, ad *laboratorium Nature* se conserat, atqvè eandem in omnibus operibus, anteqvam ad *unigenitum deum Vulcani* se accingat, imitari nobiscum priùs perdiscat, non dubitans in *revera & Naturæ conformi excellentium medicaminum preparatione* se cum triumpho ac triumpho sic operaturum. Si *Jupiter* tuis laboribus patruncabitur, habebis utiqvè juvantem Patrem, qui manu suâ fulmen, vel potius *gelidum illud astrorum fulgor* tenet, & sub dominiò suo *Aquilam seu spiritum mundi* dirigit. Sed in magnis fuisse, aut hæsitasse potius, sat esto. Ut tamen de alieno liberales esse pergamus, & pleniori instructionem in hâc de *etheris viribus sublimi doctrinâ* insuper promittere queamus, tibi, benivole Lector, venustissimum, & planè aureolum de *Viticultura erroribus libellum Augusti Hauptmanni*, *Chymiatri rara sagacitate augustoq; ingenij acuminis & nobiliori peritiâ nemini mortalium, quos novi, secundi, Amici mei in præcordia dilecti ac conjunctissimi, officiosâ manu porriginus: Credere nobis, quod diutius saluberrima & svavissima ibi lustraveris documenta, eò major Tum* stimulabit esuris & scripti istius desideriò vehementiore exardescet: imò quoties hoc legeris, tories doctior hinc abibis.

§. 32 His pro modulò ingenii nostri præfloratis, qvomo-  
do iuxta Paracelsi præscriptum ex Aloë, Myrrâ ac Croco oleum sine adu-  
stionis seu empyreumatis infamiâ à fecibus per destillationem separa-  
ri ac cohobari debeat, eā qvâ polles mentis calliditate elicere nunc  
tuum erit, ut cum Circulatò postmodū Elixir proprietatis verū & verè phi-  
losophicum hinc perficere valeas. Inspicienda autem, ut ante monuimus,  
circa hunc preparandi modum Paracelsi verba tam antecedentia  
qvam consequentia, imò univetsa ejus (*Theologica & Magica*, qvib[us]  
etiam reserta sunt huius *Autoris* monumenta, nulla omnino facimus,  
qvoniam Paracelso in omnibus adsticulari nungquam cogitavimus,  
sed *Medica* qvæ habet & *Chymia*, ex centro *Naturæ* planè eruta-

867.

mentem nostram intimitus nascere fatemur) docendi methodus  
accuratè cognoscenda erit, si felices in hòc labore suscipiendo suc-  
cessus efflagitas. Videbis itaqvè ante processus enarrationem Au-  
torem nobilissimum provocare ad ORIGINE M illam, cuius sapissime  
se mentionem fecisse expressis commemorat. Qvod verò per Ori-  
ginem illam nil aliud, qvam spiritum mundi seu astrale robur, ex qvò o-  
mnia fiunt, & cuius vigore superius est sicut in seruis, intelligat tam ve-  
rum esse arbitror, qvam qvod clarissimum. Hinc ergò petas, hinc  
hauias humorem illum proportionalem, ut invisiibliter aloëm, crocum &  
myrrham tuam (qvas ipsas species priùs esurinas probè ac sitibundas  
facere memineris) humectare, hoc est, ad suscipiendam putrefactionis,  
fermentationis ac solutionis naturalis (violentam à labore hòc philosophi-  
cò planissimè relegatam volunus) promptitudinem disponere possis.  
Qvod si attenderis, pariter ac observatâ temporis diurnitate, qvam  
poscit, impetraveris, fore spero, resinosum compactamqz aloës & myrrha.  
sic canqz croci substantiam ita in penetralibus suis per & in se liquesce-  
re, ut oleaginositas illa non tantum spirituosa magis & volatilior evadat,  
verùm faciliori etiam negotiò absqz adustionis metu destillatio per  
alembicum etiam absolvatur, atqz spirituosum planè ac liquidissi-  
num oleum sic præbeat. Qvæ omnia bono Philosoþo aut Chymiatro  
præstitu nequaquam difficultia erunt.

S. 33. Cur verò Paracelsus circulacioni seu digestioni bimestri,  
qvam lenissimò attamen igne (auf das mildeste) celebrandam esse (istud  
pelicani vitrum tutius tunc Balneo Mariae vel cineribus sale suò orbatis, no-  
strò qvidem animò, committeretur) rectissimè docet, sapiùs nomi-  
natam specierum trigam subjiciendam moneat, anteqvam destilletur,  
qvis, cui enunciæ sunt nares, ex prædictis facilimè subodorari pote-  
rit. Melius quoqz tunc faciunt illi, qui majorem qvodammodo spe-  
cierum quantitatem, velut Autor id etiam hic innuit, in præfatione re-  
rum sicciorum accipiunt, siqvidem sic promtiori modò fermentationem  
seu effervescentiam coaginentatae in finu suò concipient, & uberioris ma-  
gnitudini valore pollebunt. Leves circumstantias alias, qvæ ad manua-  
le feliciter operandi negotiorum pertinent, silentiò hic transmittimus,  
siqvidem philosophica & sublimiora hæc illotis manibus, & nisi jam fun-  
damentis phragyrice præœ sit instructus, nemo sanioris judicij tanget  
vel aggredi audebit.

S. 34. Spi-

§. 34. Spirituoso huic, levissimo & penetrantissimo, o-  
mniqvè adustionis vitiò carenti, ex Croco, Aloë & Myrrâ, per se & si-  
ne ullâ peregrini menstrui additione, impetrato oleo Circulatum, ut vocat,  
in quantitate aequali addendum, & menstrua digestioni concreden-  
dum svadet, ut hinc balsamica & verè regia ab omni puredine ac cor-  
ruptionē præservandi virtus parari queat. Licit autem hic iterum,  
nobis sufflamen inicere videatur minus usitata, admiscendi liquo-  
ris seu Circulati notio, qvæ non paucos etiam elusit, attamen si à mi-  
crocosmō, ubi vitalis sanguis ac spiritus non ineptè circulat, purpurea notā  
insigniri potest, ad macrocosmum ratiocinari non negligamus, siqvè  
ea hic ruminare placeat, qvæ suprà de spiritu Universi & Ente astrali  
edisseruimus, res ista licet impetratu rara ac difficilima, intellectu  
attamen haud adeò gravis eveniet.

§. 35. Circulari autem majoris ac minoris toties repetitâ com-  
memoratione Paracelsi personare libros horum industrius Lector fa-  
cile deprehendet, unaq; singularem liqvorem magis vel minus compo-  
stum utroq; vocamine indigitari statim concludet. Nos ut proli-  
xitatis culpam effugere queamus, pace attamen Aliorum, asserimus,  
per Circulati sui nomen Paracelsum innuere Aquam Ponticam, Azot seu  
acetum acerissimum ac solvens illud Universale vel sine pari, cui Philosopho-  
rum Corona tot imposuit nomina, qvot landibus, qvot virtutibus, effectibus qz,  
qvot coloribus ac circumstantiis alii, lympham benedictam & hanc Sapientia  
Nympham seu Lac Virginis excultum & nobilitatum illi animadverte-  
runt. Circulatum autem cum adjectione magnum appellitare Paracel-  
sum credimus, qvando Essentia hæc Mercurialis Philosophorum semine suò  
masculinò imprægnata, atqve majoris virtutis augmentò locupleta-  
ta seu duplicita est; unde etiam, Sophorum tubâ sic elongente, heroicâ  
gloriâ honoratur, & fortitudinis fortitudine fortissima unanimi consensu  
salutatur. Minus vero, ut nos qvidem putamus audit, qvando spi-  
ritus Mercurii Philosophicus simplex, auctius est, & feminini spermatis pro-  
vinciam saltim sustinet, licet spiritus vini rectificatisimus etiam, diutur-  
nâ circulatione ad perfectissimæ puritatis culmen perductus, vel  
qvivis spiritus mineralis, dum ex retortâ in receptaculum transmissi spi-  
ritus ibi tamdiu circumgyrantur, donec colliqueuant, sub hac phrasí  
non absone intelligi queat, ita ut Circulatum magnum metallicæ sphæ-  
rae nectar & omnium metallorum semen toties jam laudatum, sive sit

sim-

simplex sive compositum significet. Ast hujus rei liberum penes quemlibet esto iudicium: Utrique enim sententiæ probandi favent argumenta. Sed cur *Circulatum magnum* nuncupetur, Tu quæris? O nimis multum ab imbecillitate nostrâ exiges! Hoc tamen reputandum *Tibi* relinqvimus, ne planè *αστροβολοι* in hoc quoque inveniamur quæsitò: Omnia ex una re, nempe *spiritu mundi*, cui a sanctissimo Creatore illud FIAT ingenitum est, fieri, & ab eodem conservari, superius levì penicillò delineavimus. Ergo conclude *regnum etiam miuerale ac metallicum*, in quō Sapientes suum Mercurium quærunt, hoc ipso spiritu, cui incrementa sua debent, abundè instruetum: Hunc ergo juxta leges suas elicere, & ex aere, quō tanquam vehiculo spiritus Universi utitur, aquam facere jubent Philosophi, quorum iussi & nos decenter capessere poterimus, undam omni aurô ac thesau-ro habebimus pretiosiorem.

§. 36. Ut ad nominandi rationem quoque perveniamus, Rotam Philosophicam Tibi offerimus, quæ ponderandum Tibimet statim proponet, spiritum hunc mundi secundissimum per totam cœli terræque machinam seu globum assidua circulatione sursum, deorsum, longè, latè & profundè moveri ac circumrotari, circulatimq; perpetuò descendere seu influere, nec minus adscendere rursus atq; effluere, ut *Collegium totius Naturæ* sic affatim nemo non cognoscere queat, modò plus ultra tendere pergit, nec difficultatum obstacula se abserrare patiatur. Ex quoniam subjecto autem *sucus hic Lunaria* potissimum petendus sit, iterum sciscitaris. Quære qui respondeat, & Magistrale hoc solvat problema: Nos vero tacere ignorantia nostra, quam puram putam hic prætendimus, postulat; Catasta enim solis & Luna, densissimis ac plusquam Cimmeriis tenebris obsita, nobis etiam dubiò sine non secus incognita est, ac alia, quæ *Philosophorum* hoc ad ornare Cœlum miramur. Clariùs tamen si arcana hac conspicere gestis, *Magnus Sendivogius Novum Lumen suum* (scriptum profectò ab ipsâ Minervâ natum) suppeditando Tibi faveat, nec non ejusdem filius, itidem illuminati *ingenii Philosophus, Lucernam Salis, Sudum Philosophicum, & alia Clarissime indolis sue monumenta* cedrò digna exhibendo, cui adjungimus *Mysterii Nature occultæ Autoren*, non dissimili tanta scientia fama nobilem, pro nunquam satis aestimandò candore suo satis faciat: Meretur etiam hic suas laudes *Hauptmann MEI, Sophiatri*.

867.

Excellentissimi præstabilis solertia in seine Bergbedenckē über die Haup-  
mangel des Bergwerks / &c. opusculo certe elegantiſimo, & ad Naturæ nu-  
tum accurate conſcripto, qui ſuā hic pariliter ſymbolum egregiè adjicet.

§. 37. Præſupponimus igitur Tibi ſubefſe oleum ex hoc ſpeci-  
erum ſodalitio Philosophicā peritiā factum: Præſupponimus etiam Cir-  
culati iſtū ſeu aceti Philofophorum radicati & catholicī copiam à Bene-  
dictione atqve Mifericordiā DEI, cui meritō tantum refertur bene-  
ficium. Tibimet confeſſam; Qvibus ſic ſtantibus nullum nos dubium  
occupat, qvī ſciveris quoq; cur oleo & circulato anatīca dote copula-  
to menſtrui concubitus ſententia ſit dicend. Trīb⁹. Amoris hōc vinculō  
arctius juncta & unita maiorem efficaciam ſaporemq; gratum oppidō ac-  
quirunt, ut Elixir ſeu neclar proprietatis, & magna in omnes morbos  
autoritatis, verò philofophicum planeq; atherium ac ſvavifſimum ſic effici  
poſſit. Hujus Medicamenti poſſeffione qvicunq; exhilaratus fuerit,  
is accuratā cuſtodiā alſervare id recordetur, ne in aurās & patriam  
ſuam, unde principia ejus fuerunt oriunda, abeat adeoque evan-  
cat. Dofis in aquā quadam generofū ſeu magnanimitatis, ut ſic loqvar,  
pauculis guttulis ab una ad 4. vel 5. expediri potheſt: De virtutis autem  
excellentiā, qvā eminet hoc Elixir, mox in fine dicetur.

§. 38. Qvum verò philofophicā hāc Benedictione paucissimi co-  
ronentur, & inter tot mortalium millia vix uni vel alteri defideratam-  
iſtan adire Corinthum liceat, inſuperq; Paracelsi ſuccelfores pleriqvē  
tam menſtruum innominatum, qvām modum conficiendi tenebricōe tradi-  
tum, ſuō ſe ingenio ſcrutinioq; confeſſi posſe, desperarent, ex ad-  
versō autem tam virtuosi medicaminis copiam poſſidendi, ob balsami-  
cam ingredientium efficaciam, ſummō defideriō reſtuarunt, aliam po-  
tius componendi rationem & Paracelsi preſcripto non adeo diſparem-  
excogitare, qvām ſcripta Autoris tam caliginosa incallum evolendo  
irreparabilem extatē conterere conſtituerunt. Conſpirare igi-  
tur in eō nunc videmus omnes, qui circa Elixir proprietatis progreſſu  
temporis ſua inventa ac ſingularem induſtriam memorie prodi-  
derunt, ex qvibus præter CL. Osſv. Croſſium Viros in hāc Arte gratio-  
ſe meritos ac celebratissimos Jo. Schröderum, Affinem meum cum rever-  
entiā obſervādum, Jo. Agricolam & Zvölferum, Fautores meos ſingulares ho-  
norificē nomino, medicamentum hoc beneficio ſollicitate iuſtificationis atq;  
extraſtionis, ſed & cohobationis eſte conſtruendum.

§. 39. Modus, qvem recenſent, (cui noſtras ſtatiſ animadverſiun-  
culas adjicere luget, qvas parembeſes indicabunt) talis circiter eſt:  
R. triū ſpecierum, ut noſti, probè pulveriſat. arum, (qvibus nos ad con-  
ciliandam ſaporis ſvavitatem vel tantillum de caryophyll. aromat. non-

nunquam addere conservemus) aqua in ponderis, quantum placet,  
 quibus tantum spiritus Vini (sed veri & alcoolatae; nam ille ex frumento  
 ab animalibus factus nobis anathema est, circa cuius neglectum tota  
 attamen die in multis officinis delinquitur: ubi ineptitudo eorum  
 quoque culpanda, qui loco spiritus Vini nudum vinum malfatum  
 accipiunt, & hinc Elix. Prop. cuius una dosis aliquot cochlearia ad-  
 mittit, efficiunt) affundatur, quantum non ad levem sed debitam mades-  
 sationem sufficere queat: postea addatur spiritus seu olei (sic namque pro-  
 miscetur dictus spiritus ratione ponderis sui, quod cum oleo habet com-  
 mune, nominatur,) sulphuris per campanam (vel, si calles, meliori mo-  
 dō) facti, quantum latitudo trium transversim positorum digitorum super-  
 eminentia requirit. Committatur hoc insutum digestioni per ostium;  
 simò præstare et amplius temporis spatiū digestioni concedere, siquidem  
 & ipsum menstruum quod nomine liquor affundendus aut solvens quodlibet  
 insigniri solet, menstruum spatiū vel tacito postulatu ad minimū si-  
 bi exposcere videatur.) Spiritus tinctus decantetur, novusque spiritus  
 vini denū affundatur, (juxta Helmonium namque nobile medicamen  
 nullum dici meretur, nisi quod cum spiritu Vini optimè arctiori nexu sit  
 nuptum, ut ad peniores vasorum viscerumque recessus energia illius  
 se insinuare, & contagium putredinis abstergere possit) ite-  
 rumque digeratur, donec spiritus colorem saturatē rubicantem & plusquam  
 sangvineum acquirat, & hoc ipsum toties totiesque infundendo declinan-  
 doque iterandum, quoties voto nostro responderit hinc impetrata  
 affusus spiritus rubedinis Tinctura. Ultimus spiritus minus tinctus una cum  
 fecibus seu magmate (non quidem cum argilla vel bollo, sed potius cū capite  
 quod in mortuo simplici & quam exquisitissime calcinato, quod menstruo  
 suo confine est; nam illa ipsa jaætura, quam Dn. D. Zvwlfserus omina-  
 tur, alioquin expectanda, quoniam virtus destillati, si terra salinam  
 fixamque animam non habenti coñsiceretur, quod ab extracto residuum,  
 sic infringetur omnino) destillationi, includendo omnia retorte firmæ  
 seu fistili (in igne aperto, ut spiritus minerales destillari solent) con-  
 credatur, & per gradus, quod benè notandum, accuratè sic cohobe-  
 tur: accuratè, inquam ego, quod Artifici satis.

§. 40. Sed empyreuma & adiunctionem opponis? Hanc primò  
 evitare poteris. Si artifex sis, hoc est: si observaveris gradus, tunc enim  
 empyreuma seu nigredo destillati non timenda: Deinde si empyreuma for-  
 tè redoluerit, perito & experimentali physica probe instructo Chymiaro fa-  
 cilius nihil, quam viribus ingredientium nullatenus destruciis hanc e-  
 mendare mendam, atque ad delicatam reducere fragrantiam: quam  
 syzygion & olea cohobandi facilitatem non injuria (ingratiudinis  
 namque

86

namque timeo famam) peplo silentii involvo. Hac ipsa per cohabitationem impetrata laudatarum sp̄ecierum svaris essentia in ultimō rectificationis actu cum prioribus extractionibus per infusionem & decantationem acquisitis, nec non optimē defecatis, si in vas recipiens ha*priūs* infundantur, ita uniri & subsequentे ulteriori circulatione fortificari poterit, ut post Paracelsi Elixirum proprietatis (cujus, ob defectum cognitæ Originis & Circulati, minimè compotes se esse, unā nobiscum, jure contrastantur ornes nobilioris Chymia cupidi) non contemnendum, sed magni roboris remedium sifere sic valeamus.

¶ 41. Nostram jam desideras hoc Elixir proprietatis preparandi rationem? Premitto jam præmissa, & dico, spiritu sulphuris loco oleum salis Solare Hauptmannianum ac meum (quod saturatissimā flavidine suā æqvat imo superat ipsum aurum, ac nemo alioquin præter nos confidere sapit, ubi hoc noratu dignum, quod sine omni alieni auxilio, præter Vulcanum utrumque, congressu, ex tribus &c. libris salis gemme & marini &c. plusquam duas cum dimidiâ libras Valentissimi olei impetrare, Deo sint laudes, valeamus) substituere, & facta decenter laudata olei priūs cum spiritu Vini rectificatissimō vel etiam acetō Vini probè destillato & radicato (prout svadet intentio) circulatione (quæ non unata vel alteram septimanam, neque etiam bulgatos ritus reqvirit, sed moras & improbum laborem poscit) extractam (an junctim, an seorsim fiat, & quæ sunt alia circumstantie, meum est dicere, vel filere) ex his speciebus animam tamdiu iterate cōmunitimus alcoolisationi (quid cū capite mortuo, ut vocatur seu remanētia tentemus peculia iacturitate supprimendū est, quod sub umbra robe lateat diademata,) donec nacti fuerimus Elixir proprietatis Balsamicum nostrum. Balsamicum autem nobis dicitur ob impensè amicabilem consensem, quæ cum balsamō nostrō in salinā svaritate ac robore consistente habet oleum hoc nostrum, quod paucis sic indicatissime satis erit cunctis, qui solum sal p̄tredini venenisque resistendi, & ab imprimitibus corpora mundificandi validam masculamque obtinere virtutem non ignorant.

¶ 42. Altius nobis etiam modi Elixiris proprietatis singularia, conficiendi sub sunt, quorum aliud cum spiritu nostrō cephalicō, aliud cum acidō Mercurii, vel etiam cum aliis generosis membruis, quæ nobis peculiaria sunt, est, quod neutiqua n triviale est, artificio, præficii dixerim, præparatur. Sed hæc arcana Doctrinae Filii, quos DEUS nobis ob viam dignos his dabit, suò tempore communicanda asservamus. Elixir proprietatis antiscorbuticum, seu inventum Amplissimi D.D. Jo. Michaëlis, Facultatis nostra Decani gravissimi, Collegi mei Venerandissimi, ob insignes virtutes, quibus contra corruptionem scorbuticam, athlericè valet, honorificè mentione dignum est. Conservatum quoique famigeratissimo huic Chymiatro esse novissim, suum Elixir proprietatis cum Tinct. Bezoardicā, (quæ pariter ipsum ceu genuinum Parentem veneratur, atque non immerito à me, ob mihi toties probatam & omnibus ob Catholicam, quæ excellenter pollet, efficaciam, magni æstimatur) decenter commiscere, atque præstabilis hinc contra quemcuoque calum efficere præferatibus. Sed quid de Elixire Propr. Albbo, quod fama amplitudo hodiè clarat, habendum, non nisi alba Galliæ Filii (hoc summam felicitatem denotans adagium Philosophis adeptis propriè deberi

876  
deberi, eur obiter sic innam, illi, qvibus Diana custodiam fortuna commisit,  
me longe rectius declarabunt) indicare, hoc est, qui beneficiū mensrū Univer-  
salis (corroſō illius non corroſō) uniones, qvibus nihil magis post aurum(hu-  
jus enim virtutes ferme æquant) est pretiosum, in lac spermaticum seu elemen-  
tum latēum, ut loquitur Helmontius noster, vertere, adeo q̄e ſumnum analipti-  
cum ſeu refectionis hinc præparare poterit. Album ergo vocatur ob albedinis  
ſua manifesta excellentia, & proprietatē gloria ipſi attribuitur, qvod humi-  
dum radicale appropriatō vigore recreet ſeu effectiſſimē conſoleetur.

s. 43. Vires & Virtutes vel propterea breviter infinuabo, qvod jam-  
tam ex Paracelſo, qvām aliis decantatissimē existant. Dumtaxat id conferre,  
hic placet, qvod Paracelſo anſam hoc remedii genus excoſtandi fortaſſis pra-  
buerit. Difcidi cauſa iſtum terris jactatus & altō eſt, præſertim verò apud  
Agyptos & Arabes tam Philofophos qvām Medicos propterea per aliquot annos,  
etiam captivus, remanit, ubi qvām tantam Mumiarum multitudinem (qvā nil  
aliud ſunt, qvām cadaverum corpora, qfā aromatum & unguentorum pinguedine  
adeo coniduntur ac condensantur, ut in modum picis inducatae reſplendent, &  
ſic abſq; minimā aliquid membrorum prefatione in plurima ſecula conservari  
integra poſſint) concerneret, & narium judiciō Aloës ac Myrrha cum primis mul-  
tum his uigentibus ſeu balsamicis admixtum colligeret, meditandi ac ſic argumen-  
tandi anſam accepit; Si cadavera hērmibus deſtinata, à putrilagine ac corraptione,  
per tot centena annorum volumina, tam effete ſarta tecta ſervari poſſunt,  
qvānto facilius felicisq; adhuc vīentibus tantum hoc conſervandi beneficium  
accommodari, & ad Medicine gloriam transferri poterit. Ethac ipsa Paracelaſ  
ſe ſpeculatio tam fecunda poſtmodum fuit, ut egregius ingenii partus & illuſtris  
hac medicina hinc in lucem prodierit, dum purissimā effentiam & ſpirituale Elixir  
ex hiſce balsamis ſeu balsamicis ſpeciebus confidere docuit, ut totum corpus & pe-  
nitiora ejus latibula cuncta inſtar fumi perniciē penetrare, & putredini ma-  
lignas radices tam potenter edomare qvām exterminare valerer. Qvām itaq;  
ex aſtralib; ſtemmate, ut ſuprā monstratum fuit, ſepiuſ laudata Panacea & Elixir  
proprietatis hoc Philofophicum fuerit oriundum, ipſi etiam aſtralē Virtutes, qvī-  
bus putredini ac corruptioni heroicē refiſtit, atq; ſic mortales à morborum ty-  
rannide oppidō vindicat, emeritō applauſu conceduntur. Tu venerare nobis  
ſcum regale hoc pharmacum, ſub qvō noſter vitæ ſpiritus in ſuā virtute, adſpi-  
rante diuinā benedictionis gratiā, cuſtodiūt velut ſub novō vere regerminare, &  
ablatiſ ſic è corpore corruptelarum aggraviantibus impedimentis, virium robur  
ex ſententiā exhilarari poſſet. Qvid verò bulgari ratione paratum hoc Elixir  
præſtare valeat, illi edicare poerunt, qvi bonā fide experientiam teſtantur. Quid  
tandem Elixir proprietatis balsamicum noſtrum valeat, propriō p̄econio, qvod  
nobis etiam ſordescit, decantare hic nolo: Stomachum tamē valdoperè robo-  
randi, & pucredinem singulariter arcedi vim obtinet. Hic finis! Eſto finis! Im-  
poſterum plura & alia officiſi affectus mercimonia, qvā commodis Philatropo-  
rum adjuvante Deō conſecrare intendo, ſequentur, ut ut etiam ſinistra cenzura  
obnoxia fuert. Poſt naufragium quoq; maria tentari, & poſt malam ſegetem  
nihilominus ſerendum cogito. Forſan qvīcqvīd affidūt iſtſeliciſ ſoli  
sterilitate peribit, unius anni reſtituere ubertas poſteſt.

COELESTE LUMEN ET NUMEN  
SIT IN ſECULA BENEDICTUM.

F I N I S.





Nr. 19 als Titel nicht zu  
identifizieren!

DA A 6537


f

TA>OL




hier Stück 12 bis her veranwurzelt

bork



# Farbkarte #13



B.I.G.

ENTER LARGIENTE!

# IR PRO. ETATIS,

ublicè delibandum

propinat

HIANUS LANGE,  
Med. Senior, Pathol.

Princip. Colleg. Collegiatus,  
Acad. Decemvir,

S P O N D E N T E

D CRETZSCHMAR,  
risco, Alumno Electorali,

H. L. Q. C.

d d. 27. Septemb.

I CHRISTIANI  
clo loc LX.

LIPSIÆ,  
OHAN-ERICI HAHNI.